cunt mihi euge euge Exultent 7 letent
in te omnes qui querũt te: 7 dicãt semp
magnificetur dominus qui diligunt sa
lutare tuũ. Ego vero egenus 7 pauper
sum: deus adiuua me. Adiutor meus
7 liberator meus es tu: domine ne mo-
reris. Gloria. Domine deus in adiuto-
rium meum intende Esto mihi dñe
Psal. lxx.
In te domine speraui non ↄfundar in e
ternũ: i iustitia tua libera me 7 eripe me
Inclina ad me aurem tuã: et salua me.
Esto mihi in deum protectorẽ. 7 in lo-
cum munitum: ut saluum me facias.
Quoniã firmamentũ meũ: 7 refugiũ
meum es tu Deus meus eripe me de
manu peccatoris: 7 de manu ↄtra legẽ
agentis 7 iniqui. Qm̃ tu es patientia
mea dñe: dñe spes mea a iuuẽtute mea
In te ↄfirmatus sum ex utero: de ven-
tre matris mee tu es protector meus.
In te cantatio mea semper. tanq̃ pro-
digium factus sum mltis: 7 tu adiutor


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
gefördert durch die DFG